



**D. Marcus Evangelista. Rodolphi Gwaltheri Tigurini in
Euangelium Iesu Christi secundum Marcum Homiliæ
CXXXIX.**

Gwalther, Rudolf

[S.l.], 1570

VD16 W 1048

Homilia CXXII. Vnus autem quispiam astantium educto gladio ferijt seruum Pontificis, & abstulit eius auriculam. e respondens Iesus, dixit eis: Vt in latronem existis cum gladijs & fustibus ad ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71833](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71833)

is arbabo est certissimus? Vide Matth. 23. 2. Corinth. 1. 5. Ephes. 1. & c.
 Postremo incurabilis impiorum contumacia hic obseruari debet. Etsi enim Iudam verbis effica- Cōtumacia im-
 cissimis admoneat, reliquos vero etiam supinos profernat, tamē & ille pergit in conceptu scelere, & piorum incur-
 hi rursus in pedes erecti illum comprehendunt, & capto vincula iniiciunt. Damnatur ab omnibus bilis.
 hac illorum pertinacia. At quoties dō boni nos quoque per Dei verbū intra animos nostros conuincimur?
 quoties vel morbis vel alijs calamitatibus sternimur? & tamen quasi amisso omni sensu ad priora
 studia redimus. Obseruemus hanc carnis nostrae corruptionem, & vigilemus. Consolationem vero pe-
 tamus ex Christi vinculis, quae ille in eum finem sustinuit, vt corrupta natura et peccati vincula sol-
 ueret, nosq; affereret in libertatē filiorum Dei. Hanc ergo tueamur indefesso studio & precibus assi-
 duis, simulq; illius exemplo patienter feramus si quando propter ipsius nomen vel vincula vel carce-
 res, vel etiam mortem subire oporteat. Sui enim merito haec omnia consecrauit Dei filius: cui debe-
 tur benedictio, honor, gloria & potestas in aeternum. Amen.

HOMILIA CXXII.

Vnus autem quispiam astantium educto gladio ferijt seruum Pon-
 tificis, & abstulit eius auriculam. Et respondens Iesus, dixit eis: Vt in la-
 tronem exiitis cum gladijs & fustibus ad cōprehendendum me. Quo-
 tidie eram apud vos in templo docens & nō comprehendistis me. Sed
 ut impleantur scripturae. Tunc relicto eo, omnes fugerunt. Et quidam
 adolescentulus sequebatur eum, circūamictus sindone super nudum:
 Et prehenderunt eum adolescentuli. Ipse uerō derelicta sindone, nu-
 dus effugit ab illis.

Pergit Euangelista Marcus in describenda capri & vinculi iam Iesu Christi historia, & in pra- Argumentū &
 senti tria narrat, quae singula considerationem diligentissimam merentur. Primum ex his est usus praesentis
 Petri inconsulta temeritas, qui ne promissis suis deesse videretur, Christum armis defendere cona- loci.
 tus est, magna quidem (vt videtur) animi alacritate, sed euentu planē ridiculo. Secundō vt Chri-
 stus cum hostibus suis egerit, & cū illis de vi iniusta expostulauerit, narratur. Tertiō discipulorum
 fuga describitur, qui vt suae vitae consulere, Christū deseruerunt, sicuti ipse euenturum ante praedi-
 xerat. Seruiunt haec nostra institutioni & consolationi multiuariam. Docent enim quā infelix sit
 nostrae confidentiae exitus, nisi Dei spiritu & verbo gubernetur. Deinde patientiam Christianam in-
 stituunt, & quae vera sit huius exercenda ratio. Praeterea carnis infirmitatem arguunt, & ne illius
 sensu absorbeamur aut desperemus, monent. Insunt & alia multa eius generis, quae in singularum
 partium tractatione consideranda venient.

Principio Petrus produciunt, quem inter canandum reliquis discipulis confidentiorem fuisse au- Petrus pugnat
 diuimus, quando se cum Christo mortis periculum adire velle pollicitus est. Nunc vero cōmuni di- Gladio.
 scipulorum exemplo extrinsecus, aliquid maius audendum esse arbitrat. Nam vt Lucas scribit,
 vndiq; in Christum ruentibus aduersarijs, exclamant illi: Domine, percutiemus ne gladio? Cuius
 quaestioni occasio illis fortassis ex eo perita est, quod Christus illos iussisset venditis vestibus gladios
 emere, ita nimirum imminenti periculi magnitudinem exprimens. At nihil illis respondente Chri-
 sto, alij quidem manus abstinuisse videntur, Petrus vero reliquis feruentior gladium stringit, in ho-
 stes armatos inuolat, & Pontificis seruo quem Ioannes Malchum vocat auriculam abscidit, &
 mox a Christo corripiitur, qui itidem hosti vulnerato auriculam miraculose restituit. Quo loco per-
 sone, quae hic produciuntur, singula aliquamō diligentius considerari debent.

Et primō quidem Petri exemplo docemur, quales sint, qui carnis zelo aguntur, bono quidem & Exemplum eo-
 sancto, sed non secundum scientiam, vt Paulus de Iudaeis loquitur. Quod Christus facere iusserat, & rum, qui zelo
 quod absque periculo, & non sine ingenti commodo fieri poterat, nō facit Petrus, sed partim merore carnis aguntur.
 subito, partim somnolentia superatus stertit. Nunc vero ad facinus audacissimum spontē profilit, Rom. 10.
 quod & Christus nunquā mandarāt, & quod absq; manifesto periculo nō poterat tentari. Solus enim

in pugnam ruit, cum tot sacerdotum seruis & armata militem cohorte congressurus, quatenus
armis munita erat, quam Romani imperij auctoritate. Deinde magno quidem zelo feruere
eius (vt supra diximus) ridiculus est. Quid enim tantus puginator aliud proficit, quam quod seruis
viliſſimo auriculam auferat, qua & ipſa corporis pars eſt contemptiſſima? Præterea, qui tantum
feruet, vt per medios hoſtes in pugna ruat, paulo poſt ad Pontificis prunas aut ignem accenditur
lanqueſcit, vt muliercule voce territus Chriſtum abneget. Sunt hæc hodie nimis vulgaria, nec
qui Euangelij doctrinam & fidem in Chriſtum magnifice profitentur. Nam & hodie Chriſti
crucis vndiq; imminens pericula cum primis penitentiam exigit, preces item priuatas & publicas
& vt aduerſus ſæcane mundiꝝ inſidias perpetuo vigilemus. Et poterant iſta à nobis non tantum
abſq; periculo, verum etiam facile & magno cum fructu præſtari. Sed ea eſt carnis noſtra inſipientia
vt ad pugnas quàm ad diſciplinam Euangelij & patientiam procliuior, arma potius eligat, & ma-
ritaria conſilia tractet, quæ verò de penitentia, de precibus, de vigilantia fidei dicuntur, aut ſeruo
gligat, aut cum ſannis & ludibrio excipiat. Quam verò infelix ferè ſit conſiliorum eiſmodi caeca
& quàm turpiter, qui tales ſunt, ſeipſos ſimul & fidem Chriſtianam impiorum ludibrij exponant,
non vno exemplo didicimus. Imò qui præ alijs feruere videntur, vbi ſe ſua fruſtrantur, primò ſe
deſiciunt, impijſq; hoſtibus ſupplices facti fidem turpiter abnegant. Quare carnis quàm ſuſcipiam
habere oportet, curare autem vt verbi Dei ſcientia inſtructi ſimus, cuius ſtudio fiet, vt quatenus tem-
pore fructus noſtra professione dignos feramus.

Mattho auricu-
la auferitur.

Exod. 21.
Deute. 19.
Pſalm. 40.

Pſal. 58.

Chriſti iudiciũ
de facto Petri.

Geneſis 9.

Rom. 13.

Ephes. 6.
2. Corinth. 10.
1. Cor. 15. 10. etc.

Deinde Malchum videamus, quem Pontificis ſeruum fuiſſe ſcribitur, nec dubium eſt, quia pro-
more eius ordinis & loci hominum in Chriſto capiendum præ alijs operam diligentem nauauerit. Ab-
ſcinditur ei auricula, & dextra quidem, vt Lucas annotauit, quod non temere facta putabimus. Ma-
chus enim auriculam non auditus modo organum, ſed etiam obedientia ſymbolum eſt. Nam ſeruis
qui finito ſeruitutis tempore libertatis dono frui volebant, aures ſubula perforabant ad donum her-
ulis oſtium, & eo ſigno imuebatur, ipſos iterum ſeruitio teneri, & heris ſuis obſequium debere. Quod
videtur in Pſalmis reſpexiſſe propheta, quando ait: Victimam & ſacrificium cibarium non auer-
aures verò perforaſti mihi: cum dixi, En ipſe adſum; &c. Docet igitur Malchi exemplum, quid præ-
accidat ijs, qui ſe ſe ſalſorum antiſtitium ſeruitio aduerſus Chriſtum addixerunt. Sunt tales in hoc præ-
ſequendo præ alijs ſeduli, vt bonam gratiam apud heros ſuos inean, & plerumq; veritatem agniti-
um affectibus inferunt. Iuſto igitur iudicio aures dextræ illi auferit Deus, vt nihil audire poſ-
ſint, quo maiores ſiant & ſaluentur. Nam vel obturant aures ſerpentum inſtar, quæ incantationes
verba audire nolunt, vel ſiniſtræ auribus Dei verbum audientes ex eo calumniantur nec ceſſatione
arripiunt, quibus veritatis doctrinam profcindunt, & turbas publicas commouent. Fugienda ſunt
ergo diligenter eiſmodi hominum commercia, & ſimul cauendum nobis, ne ventris cauſa Antero-
ſtianorum Pontificum ſeruitijs nos temere addicamus.

Tertiò Chriſti de hoc Petri facto iudicium audiamus, quod à Matthæo & Luca deſcriptum
Marcus breuitatis ſtudio omiſit. Primò in genere diſcipulos (qui Petrum fortæ ſuis imitari voluerunt)
compellens ait: Sinite hucusq;. Inde ad Petrum conuerſus: Conuertere (inquit) gladium in locum ſu-
um. Omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt. Petit hoc ex omnium antiquiſſima lege, quæ
poſt diluuium ſtatim Deus homicidia pœnis capitibus mulctare inſiſt. Quare et turpiſſima eſt illi-
rum ignorantia, qui ius gladij & magiſtratus poliiticos hic abrogari contendunt, cum potius Petrum
lege veteri abſtergere voluerit, ne quid contra hanc ex priuato affectu tentaret. Et de ijs legimus,
qui ipſi gladium temere arripiunt, non de magiſtratus legitimum, quibus ille à Deo datus eſt, ſed
cui Paulus docet. Quamuis ſimul obſeruari debet, Chriſti ſententiã cum primis ad Apoſtolorum &
rum ſucceſſores pertinere, quos non civili gladio, ſed ſpirituale Deus armauit. Verò nimirum ſer-
quo omnem intellectum ſubijcere & omnem altitudinem, quæ contra Deum extollitur, demerenda
ſunt. Hoc feliciter multò pugnauit Petrus, quando in die pentecoſtes hominum tria milia deſertit, vt
Chriſti regno ſpontè accederent. Eodem poſtea Ananiam & Sapphiram proſtrauit, eodem Soma-
nem Magum deuicit, & Cornelium Centurionem Chriſto adduxit. Hoc ipſoreliqui Apoſtoli
tum orbem terrarum ſubegerunt. Et hoc pugnare debebant hodie Pontifices & Epifcopi, non pugnare

nicos magistratus & imperia affectare, à quibus Apostolos Christus alienissimos esse voluit. Tercio Matth. 18.
 defensionem eiusmodi, etsi per se licita esset, nunc tamen locum non habere docet, cum addit. An putas Luc. 22.
 quòd nò possim nunc rogare patrem meum, & exhibebit mihi plus quam duodecim legiones angelorù?
 Non ergo hominibus defensoribus mihi opus est, qui angelis vti possem. Sed quomodo impleantur
 scripturae quae hac nunc fieri oportere docent, si vel hominum vel angelorù auxilia admittent? Ita
 verò admonet, vehementer peccare eos, qui dum illos ad cruce[m] vocat Deus, ad auxilia illicita con-
 fugiant, & illam abs se rejicere conantur. Consolationem autè & stimulos, qui nos ad obediendum
 Deo excitent, ex scripturis petere docet, quas in hunc finem nobis precipue dadas esse Paulus testa-
 tur, ut ad patientiam nos instruant, & consolationibus sustentent, quibus non possumus carere, cum
 vita hac tota laborum plena sit, & persecutionem sustineant omnes, qui in Christo pie volunt vive-
 re. Quid enim homo proferat in medium, quo inobedientiam & impatientiam suam excuset, qui hoc 2. Timoth. 3.
 ita constituisse audit Deum, qui pater est optimus, & cui nos ipsos & nostra omnia debemus?

Hic absolutis videamus, quid cum hostibus suis Christus egerit. Vbi primum Malchus sese of-
 fere, cuius auriculam tactu suo miraculose restituit. Inde verò ad reliquam turbam conversus, prin-
 cipes sacerdotum & seniores & praefectos templi (ut apud Lucam est videre) gravissimè corripit,
 dicens: Vt in latronem existis cum fustibus & gladiis ad comprehendendum me. Atqui quotidie a-
 pud vos eram in templo docens, & non comprehendistis me. Sed ut impleantur scripturae. Vbi apo-
 stoli dicat: Sed quid hac dico, quando vos illis non mouemini, & ego sic à Deo pare olim constitutum
 & in scripturis praedictum esse scio, quas omnino impleri necesse est? Quibus addit apud Lucam:
 Haec est hora vestra & potestas tenebrarum, id est, hoc illud tempus est, quo vobis Deus indulget,
 ut potestate tenebrarum, diabolica scilicet, in me grassari, & odio vestro satisfacere possitis.

Est verò exemplum hoc multa consideratione dignissimum. Primum enim docet, qua sit Chri-
 stiane charitatis & patientia ratio, & quibus limitibus illa debeant circumscribi. Beneficentia acer-
 rimi & crudelissimi hostis seruo, ne quid postea ex privata vindicta cupiditate dicere videatur.
 Mos autem & suam innocentiam tuetur, & hostium vim iniustam accusat, ipsosq[ue] argumentis à
 tempore & loco & proprijs ipsorum factis desumptis conuincit. Vides ergo charitatem & patientiam
 quarum exemplum perfectissimum est Christus, non obstat, quòd minus & nostram innocen-
 tiam tueamur (maximè quando huius defensio cum gloria Dei coniuncta est) & hostium impietatem
 atque iniustitiam arguamus. Frenari quidem debet vindicta cupiditas & odij affectus, interim
 verò gloriae Dei & veritatis ratio habenda est, quae ferè in nobis periclitatur, & grauius argu-
 menti retundenda in piorum temeritas, ne indomitum furiant, & ut alij exemplo ipsorum minus
 offendantur. Sic olim Eliam propheta[m], & ante hunc non semel Dauidem fecisse legimus. Et Chri-
 sti exemplum Paulus quoque imitatus est, quando Ananie sacerdotis hypocrisis & iniquitatem
 palam arguit, qui ipsum praeter ius & aequum percutere iusserat. Non ergo patientia nec charitas
 est, quam hodie quidam à nobis exigunt, qui nos ad quatuor conuicia conuocant, & veritatis causam
 turpiter deserere iubent, &c.

Admonemur praeterea, quales censendi sint magistratus, qui veritatem & iustitiam violenter op-
 primunt. Nominantur hic non Pontifices modo, verum etià Seniores & Templi praefecti, & ijdem
 militum cohortem secum habent, quam ab ordinario eius loci magistratu, Romano praeside nimis
 acceperant. Attamen Christus illos potestatem tenebrarum id est, diaboli mancipia & ministros vo-
 cat. Neg. hoc Paulo resistatur, qui omnem potestatem à Deo esse dicit: Paulus enim de ordinaria
 & legitima magistratus potestate, quatenus à Deo est instituta loquitur: Christus verò ad istorum
 iniustos mores respicit, & quòd potestate sibi data iniuste abuterentur. Nam ut alia Dei instituta
 satan pervertit, ita magistratus interdum in suas partes trahit, ut sibi seruiant, qui Dei serui
 esse debebant. Et est hic probe vigilandum ijs, qui in magistratu versantur, ne sibi quiduis pro suo ar-
 bitrio licere existiment, & ita in potestatem tenebrarum degenerent. Cogitent ergo, Deum ipsis sua
 iudicia credidisse, & se potestatem certis Dei legibus circumscriptam accepisse, quas transgredere nefas
 sit. Simul verò error illorum conuincitur, qui magistratibus simpliciter obedire iubent, in ijs etiam
 quae sine manifesto scelere fieri non possunt: qui & ipsi, si ita principibus videatur, fidem Christi abne-
 gant.

Magistratus iniusti, sunt potestas tenebrarum.
 Rom 13.
 i. Reg. 18.
 Psal. 72. 6.
 59. & c.
 Actorum 23.
 Psal. 72. & 82.



gāt, idola colunt, superstitiones quasuis recipiunt, & alijs horrendis sceleribus sese pollutant. Quid ve-
 rō iidem Christo respondebunt, qui iniustos magistratus tenebrarum potestatem esse dicunt? Num
 nebrarum potestati, id est, diabolo obediendum esse putabunt, cum Paulus doceat, nos ne angelis
 dem è caelo credere & obsequi debere, si aliud Evangelium prædicet? Quid dicent item, quando
 Caesari obediendum esse audiunt, ut in eum Deo demus, quod Deo est? Vel num prophetas &
 postolos vel seditionis vel stulticie accusabunt, qui ut veritatis doctrinam & fidei confessionem pu-
 ram & integram conseruarent, regum & principum suorum edictis sese opposuerunt?

Galat. 1. Sed transeamus ad postremam huius loci partem, qua quid reliqui discipuli simul omnes fecerint,
 narratur. Tunc relicto illo, omnes fugerunt, sicuti nimirum Christus facturos prædixerat. At in
 singulari quid de adolescentulo quodam narrat Marcus, qui sindone sola super nudum corpus
 clausus, apprehendentibus illum quibusdam ex hostium Christi numero, relicta sindone nudus
 Hunc nonnulli Ioannem Apostolum fuisse dixerunt. Sed omni ratione caret illorum opinio, quia
 enim nomen reticere opus erat, cum currior longè Petri lapsus non distimuletur. Deinde Ioannes
 Christum capium illico securus est, & Petrum adiunxit, ut etiam ipse arrium Pontificis quoque
 di. Unde verò vestes tam cito habuit, cum Hierosolymis hospes & peregrinus esset? Sed & adole-
 scentuli vox in Ioannem minime competit. Versimilior ergo illorum sententia videtur, quod aliquem
 ex eius loci adolescentulis adfuisse putant, quo viso, adolescentuli, qui Christi hostes combatant,
 illum quoque comprehendere tentarunt, sed is relicta veste effugerit. Voluit autem exemplum hoc ut
 rari spiritus sanctus, ut ostenderet quanto cum furore in Christi hostes inuoluerint, & ut inuoluerint
 sic miraculum, quo ille suos discipulos seruauit, ne quid ab hostibus mali paterentur. Cum enim tanta
 fuerit illorum rabies, ut in puerum ignotum sibi manus iniecerint, quis non agnoscat Dei mens
 discipulos seruatos fuisse, postquam Petrus pugnano hostes provocasset? Interim facium hoc ad-
 stra redemptionis mysterium, & Christum solum esse docent, qui torcular calcant, & in quo nos
 uari oportet. Et voluit discipulorum infirmitate in eum sinem Deus abuti, ne redemptionis & salu-
 tis nostre gloriam vel aliqua ex parte in ipsos transferremus. Et præterea hoc magnum nostri
 firmitatis argumentum, quando videmus discipulos ita subito à Christo dissiisse, cuius fidem & po-
 tentiam tot signis perspexerant. Quid ergo nobis fiet, nisi præsentis ope Dei & spiritus sancti
 sustentemur? Docet itè hic locus, nihil tribuendū esse hominū promissis, sed salutis spem in Deo
 collocari debere, qui solus nobis adest, si quando homines nobis parum fidos experimur. Et de hoc ipso
 Christus nos admonuit, quando discipulis dixit: Ecce instat tempus, & iam venit, ut dissipentur
 vnusquisq; in sua, meq; solum relinquatis: et tamen non sum solus, quia pater mecum est. Quo enim
 illud Davidis pertinet, Vbi pater meus & mater mea deservunt me, Dominus colligit me. At
 his certior esse potest hæc dicendi fiducia, qui præter veteres promissiones Christum habemus docen-
 tem: Non relinquam vos orphanos. Item, Ecce ego vobiscum sum vsq; ad consummationem seculi. Illi
 ergo promissionibus freti pericula omnis generis intrepide sustineamus, ac fidei confessionem illis
 tam seruemus, ut olim in magno illo die nos pro suis agnoscat Iesus Christus, saluator noster
 cui debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum. Amen.

H O M I L I A CXXIII:

Et abduxerunt Iesum ad summū Sacerdotem, & conuenerunt cum
 eo omnes principes sacerdotum, & seniores, ac scribae. Petrus autem
 eminus secutus est eum usq; intrō in aulam Pontificis, & erat confidens
 cum ministris, & calefiebat ad ignem. Principes autem sacerdotum &
 totus consensus quærebant aduersus Iesum testimonium, ut morte mul-
 tarent eum: nec inueniebant. Nam multi falsum testimonium dicebant
 aduersus eum, sed non paria erant ipsorum testimonia. Tunc quidam
 cum assurrexissent, falsum testimonium tulerunt aduersus eum, dicen-
 tes: Nos audiuius eum dicentem: Ego dissoluā templum hoc quod
 est manibus factum, & in triduo aliud sine manibus factum ædificabo.
 Sed ne sic quidem par erat testimonium eorum.